

Cauta ob- surgent omnia. Ipseque rursus Mahometus fecit librum: in quo
uiatio sa- scripsit duodecim milia verborum mirabilium. Mirantibus au-
racenorum tem & querentibus quibusdam si omnia illa vera sunt: Respon-
& falsa, dit sola tria milia veritatem habere: alia autem falsa esse. Quan-
do igitur in predicto libro falsum quoddam deprehenditur:
dicunt saraceni/ & hoc Mahometum dixisse: non omnia esse
vera: & hoc ex illis esse: reliquum autem totum in suo robore
permanere. Credo etiam idem facere saracenos in Alcorano:
Etsi enim multa mendacia deprehenduntur in eo: tamen pro-
pter quedam quae in ipso continentur vera/ sicut dei verbum
in precio habetur apud eos. Dictum est autem nobis superius
q̄ sicut dicit Augustinus: Si unum solum verbum falsum in
euangelio inueniretur: iustum esset/ q̄ totum euangelium fri-
uolum & vanum existimaret & fabulosum. Ego autem firmiter
fensi: q̄ Saracenorum maxime sapientes/ & qui litterarum peri-
tiam habent/ verbis Alcorani nullam adhibent fidem: sed fi-
ctionem doctrine eius auertunt: Signum autem huius: q̄ cum
alijs sapientibus hi publice disputare recusant: sicut ego per
experientiam ipsam cognoui: Et ipsum Alcoranum in me-
dium afferri nolunt vehementissime enim tristantur cum ab
alijs legitur: & nequaquam volunt in alias linguas ipsum transfer-
ri. Scimus autem/ q̄ purum aurum/ neque aquam timet/ neque ig-
nem/ neque indicem: Et propter hoc christiani veritati dei confi-
dentes: quae fortissima est/ & manet in eternum/ libenter de euan-
gelio cum alijs nationibus disputant: & gaudent cum alijs na-
tionibus disputare: & gaudent cum ab alijs nationibus legi-
desiderantque ipsum omnibus publicari: & in alias linguas trans-
ferri: & non litteris solum sed etiam scripturis publicis christi
passionem ostendunt: quid ab alijs gentibus ludibrium & igno-
minia videtur.

Rñsio &
cōfutatō
obuiatio
nis.

Cōclusio .
ps. cxvi. a

Q̄ violenta sit lex Saracenorum: Capl'm decimū.

Ecimo debemus considerare: q̄ alcoranum non est
d lex dei: violēta enim est. Et ut breuiter dicam: lex hec
proprie dici potest lex cedis & mortis: non solum q̄
ad eternā mortē nos mittit sed q̄ corporali cede hoies cogit
credere his quae ab eo ipso dicuntur: Et in ipso Alcorano in
capitlo Emparaca: quod interpretat/ vacca/ dicitur: q̄ in lege